

7708

Q. D. B. V.
DE

IVRE NATVRAE
SEV POTIVS
INGENII ANGELORVM
HOC EST
DE
OFFICIIS ANGELORVM
EX EORVM INGENIO
RESVLTANTIBVS

DISPVVTATIO TERTIA

QVAM

PRAESES

M. GOTTLLOB FRIEDEMANN
HAFERVNG

ET RESPONDENS

CASP. HENRIC. WOLLWEBER
THOMAE PONTANO - THVRINGVS

AD DIEM FEBR. HORIS POMERIDIANIS CONSVENTIS
MDCCXXXIII.

IN AUDITORIO PHILOSOPHICO
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTENT.

VITEMBERG AE
EX OFFICINA EICHSFELDIANA

807
БИЛДАЛ
СЛОВО СЛОВО
МЯСОНОЙ СЛОВО
СОЛДАТ МУРЖИХ
СЛОВО СЛОВО
И СЛОВО СЛОВО
АНЧАР ВИНЕ
СЛОВО СЛОВО
ГАРДИАН СЛОВО
СЛОВО СЛОВО
СЛОВО СЛОВО



DISPV TATIO III.
SISTENS
PROTHEORIAM SPECIALEM.

§. LVIII.

Deo Duce progredior, & ne promissionum mearum limites transgrediar, secundum §. LIV. & LVII. a Generali ad Specialem proprio Protheoriam. Proletaria fere est praesens doctrina, quippe de qua in antecessum pentitanda restant: Causae, Subiectum, Objectum, Fines, Effectus & Adiuncta. Manifesta igitur rerum multitudo breuitatem imperat, sine obscuritate, sine leuitate. Non quidem aequae copiosae ac in superioribus thesiis addendae erunt probationes; Nec tamen etiam negligendae, sed feligendae. In Tua enim, L. B. confido aequitate, si pauca, &, quoad fieri poterit, solida ponam argumenta, in humilitate, si forte praecipuis praetergressus fuero.

§. LIX. Caularum in serie prima ac princeps est *Efficiens*, quae uti omnis boni, ita & huius est Deus creator. Deus creavit omnes substantias; conf. GLASENII Th. N. Lib. II. Cap. VI. p. 25. seqq. DONATI Pneumat. P. II. Sect. I. Cap. III. §. 9. seqq. p. 78. seqq. Ergo & angelos, conf. RUDRAVE & SCHENCK. Decision. Metaph. P. II. Cap. III. Thef. 3. §. I. p. 881. DONATI l. c. P. II. Sect. I. Cap. III. §. 16. 28. p. 84. 90. seqq. E. Deus est causa efficiens angelorum; Ergo & omnium necessariorum consequentium & effectuum. J. I. consequitur necessario ex naturae angelicae per creationem ipsis inditae dependentia a Deo, & relatione erga quaevis obiecta ipsorum ubi in antecedentibus prolixo demonstratum dedi; conf. §§. XLIII - XLV. Deus est causa efficiens necessariorum e creatione consequentium; E. & huius iuris. Vid. Excellentiss. HASSENII, Patroni atque Promotoris mei ad cineres colendi Prudentia Moral. Vniuersa P. II. Praelim. Sect. II.

Membr. I. §§. 32 - 35. p. m. 201. & Part. Principal. Sect. I. Membr. II. §§. 5. 9. 12. seqq. p. m. 247. sq.

§. LX. Solus Deus est creator angelorum; E. adaequata est causa efficiens necessariorum consequentium; E. & J. I. Solus Deus est conditor omnium creaturarum §. L. & LIX. E. solus est absolute independens; E. Solus absolutum habet dominium in singula creata; E. etiam absolutus est dominus angelorum. *E. Deo absolutum in angelos competit Jus.* Sapientissimus est Deus ac potentissimus, conf. DONATI Pn. P. II. Sect. I. Cap. XIII. §. 13. seqq. p. 233. seqq. Cap. XV. §. 78. p. 279. RUDRAVFFVS l. c. P. II. Cap. II. Thes. XVII. *E. sapientissimo consilio produxit J. I.* De quibus fusius in Parte fundamentali.

§. LXI. Efficientem causam exicit materialis eaque triplex, ex qua, in qua, & circa quam, *Materia ex qua*, seu partes, hic legibus absoluuntur, uti ex definitione perspicitur, ubi genus posuimus systema legum. conf. supra §. 53. *Est autem Lex J. I.* praeceptum angelis naturale & imperans officium, & officium denotat debitum affectionum speciem quandam Divinae voluntati conformiter aut omittendi aut exequendi. Formale discrimen harum legum est uel ab aliis, uel abs se inicem. *Discrimen ab aliis* ex supra dictis apparet, uti enim totum J. I. literis non est consignatum, sed angelis naturaliter notum, ita nec singulæ leges, conf. supr. §§. LIII. LIV. uti totum J. I. ita singulæ leges quadrant ad ingenium angelorum Deique uoluntatem & reliquorum obiectorum angelicorum naturam, debitasque perfectiones. conf. supr. §§. cit. *Abs se inicem uero* distinguuntur partim ratione ordinis, partim ratione respectus ad obiecta angelica. Priori modo spectatae, aliae leges sunt primæ, generales & fundamentales, aliae secundariae, speciales & deductæ. Et hæ iterum iniungunt uel modos officiis fungendi, uel officia seu agenda & omittenda ipsa. Posteriori modo consideratae leges continent officia uel erga Deum, uel erga angelos alios, uel erga homines &c. Quæ omnia ex subsecutæ tractationis consideratione penitiori clara euident, & extremis attigisse digitis in antecellum sufficiat.

§. LXII. Parrium vestigia premit materia in qua, seu subiectum. Pro duplice J. I. considerandi modo, duplicitis generis sunt subiecta, spectamus enim J. I. uel objectivæ, uel originaliter, principiæ & consecutiæ. Obiectivæ consideratur J. I. quatenus est obiectum, circa quod aut intellectus, aut voluntas, aut utrumque uersatur, & etenim

eatenus subiectum eius triplex est, pro triplici J. I. considerandi modo. Vel enim spectatur in relatione ad aeternam Dei sapientiam & voluntatem, ut ab aeterno decretum, *eatenus subiectum est Deus*, vel in relatione ad cognitionem humanam, ut series conceptuum, *eatenus subiectum sunt homines*, speciatim intellectus & memoria, vel in relatione ad cognitionem & obsequium angelorum, ut est notitia practica, habilitatem intellectus angelici & primitatem voluntatis consequens in angelis, *eatenus subiectum sunt angeli speciatim intellectus, memoria & voluntas*: Quae ordine probabo.

§. LXIII. Deus est omniscius, conf. STEPH. KLOTZII Pneumatica Disp. XII. §. 17 - 20. p. 266 - 271. DONATI l. c. P. II. Cap. XIII. §. 3. p. 231. Cap. XV. §. 7. seqq. p. 254. seqq. CLASENIUS Theol. N. Lib. I. Cap. XXII. p. 118. seqq. RUDRAVFF. l. c. P. II. Cap. II. Thes. XV. pag. 744. seqq. & aeterne sapiens, KLOTZ. l. c. Disp. IX. §. 15. p. 482. I.A. SCHMIDII Th. Nat. P. I. Sect. I. §. 20. p. m. 78. E. quicquid fecit, ab aeterno decrevit. Deus est causa efficiens J. I. conf. §. LIX. E. & J. I. ab aeterno decrevit; E. J. I. inest Deo, ut ab aeterno decretum; E. ut cognitum. E. proprie loquendo eius idea *ἀρχέτυπος* aeterna est in Deo, seu J. I. Obiectum est in Deo tanquam obiectum intellectus, uolitionis & operationis Diuinae; *E. Deus eatenus est subiectum J. I.*

§. LXIV. Aliud: J. I. existit, uid. supr. §. XXXV. - XL. XLV. - LII. & bona res est. Jus enim praecipit bona moralia, seu actiones uirtuosas; conf. §. LIII. & tota subleuens tractatio idem confirmabit. E. ab aeterno fuit bonum, possibile & futurum. Nam Deus ab aeterno fuit aequae potens atque nunc. Bona uero possibilia & futura sunt obiecta Diuinae voluntatis decretuiae, seu bene placiti, uid. DONATI Pneumatica P. II. Sect. I. Cap. XVI. §. 21. 22. p. 320. E. Deus etiam hoc bonum, sc. J. I. ab aeterno decrevit; E. ab aeterno fuit in Deo. Deus est immutabilis, etiam ratione scientiae & voluntatis, uid. RUDRAUFF. l. c. P. II. Cap. II. Thes. XII. p. 730. E. idem J. I. adhuc obiectum est in Deo; *E. Deus eatenus est subiectum J. I.* Siquidem Deus non modo legem, quam ferre poterat, cognovit ab aeterno, uerum etiam dare uoluit, & latam pro lege angelis pracepta & imperante indesinenter agnoscit. Quod ulterius ex iustitia Diuinae voluntatis & praescientia Dei, cum J. I. ui angelorum iustitiam promouendi collatis, probari posset, nisi datae probationes sufficerent.

§. LXV. Deinde spectatur J. I. in relatione ad cognitionem humanaam, quatenus est series, idearum meditando & inter se conferendo ingenium angelorum, naturam Dei, & obiectorum angelorum, nec non horum inter se relations intuendo acquisitarum, & homines de officiis angelorum inde resultantibus instituentium & conuincientium, conf. supra §. 54. Eatenus subiectum remotum sunt homines, propinquum animae, proximum intellectus & memoria, ut ex re ipsius & testimoniorum de J. I. existentia supra §. 40. annotatorum contemplatione patet. Et hoc modo illud in praesenti seculo nobis ineft, at in futura vita notitia haec nobis competit per habilitatem illud perspiciendi absolutissimam, verum diversimode. Quae ex rationis lumine probare cum haec tenus quidem necessariam, remitto haec Theologis meditanda, & ex clariori lumine sacro probanda. Mihi satis est ea enarrasse ad praesentis status a futuro disciri indigitandum.


§. LXVI. Demum consideratur J. I. in relatione ad cognitionem & obsequium angelorum, ut est practica scientia angelorum habilitate intellectus, uid. super §. 43. 44. & primitate voluntatis, supr. 47. promtissime & celerrime comparata, & per & propter habitum acquisitum habilitatem, & primitatem J. I. meditandi & exequendi augentem, perfecta angelis competens. Breuiter, spectatur J. I. ut intellectus & retentum in intellectu & memoria l. c. atque ut obseruatum, seu praestitum, in voluntate & potentia stricte l. c. dicta. Et hoc modo spectato J. I. subiectum eius remotum sunt angelii, proximum partim intellectus & memoria, partim voluntas & potentia stricte dicta, uti ordine probabo.

§. LXVII. Habitus intellectus angelici, (seu potius specialius habilitas naturalis) scientiam iuris pariens, in aprico positus est l. c. consulentibus. Et cum habitus sit difficulter mobilis, mediante hoc angeli scientiam J. I. retinebunt. Consequenter quatenus J. I. consideratur ut angelis notum & perspectum, immediatum J. I. subiectum erit intellectus & memoria angelorum, mediatum & remotum angelii ipsi. Porro quod J. I. quatenus practicum pro subiecto habet voluntatem & potentiam, stricte dictam, confirmatur hoc modo: Iustus Deus nihil iniusti uelle aut facere potest; E. nec voluntatem angelorum potuit iniustum creare, sed iustum & voluntati Dei conformem.

formem. Non autem immutabiliter justam quia quam liberam creavit, etiam antea liberam uoluit. E. pronam ad J. I. conformiter agendum; E. uoluntas J. I. conuenientia eligit. Potentia angelorum subiecta est uoluntatis angelicae libertati; E. & haec uoluntate gubernata Diuinae uoluntati, J. I. comprehensae conformia exequitur; E. J. I. praxis sit in uoluntate & Potentia specialiter dicta angelorum; *E. J. I. quatenus practicum, profubie^cto proximo habet uoluntatem & potentiam specialem angelorum; E. pro subiecto remoto angelos.* Angeli naturales habilitates augere & proritates intendere per habitum queunt, conf. supr. §. 29. & ibi citata. Hinc est, quod ceteris similibus, solorum Eudaemonum uoluntas J. I. quatenus est perfecte practicum, subiectum sit. Cacodaemonum contra nec sit, nec esse possit.

S. LXVIII. Hacenus J. I. obiective intuiti sumus, super est, ut idem originaliter & consecutive contemplum, id est, quatenus J. I. ut conclusionum complexus, congeries ordinata, & systema e relationibus consequitur; & hoc quoque respectu de eius subiectis folliciti sumus. J. I. existit, & est necessarium consequens diuinae superioritatis, angelicae inferioritatis, & habilitatis ad J. I. intelligendum & libere exequendum, nec non coinferioritatis creatorum obiectorum angelicorum. Conf. supra §. §. XXXV. XLIII-XL V. E. J. I. implice inest dictis relationibus. Omnis enim conclusio inest fundamentis, seu praemissis implice. Nulla relatio est sine subiecto; sed omnis inest subiecto. E. & hae relationes insunt certis subiectis; E. J. I. quod dictis relationibus implice inest, mediatis his inest subiectis earundem relationum. Dictae relationes insunt Deo, angelis & creatis angelorum obiectis; *E. Deus angeli & creata angelorum obiecta sunt mediara subiecta J. I.*

S. LXIX. Progresum faciamus a subiecto seu materia in qua ad materiam circa quam seu obiectum exponentum & comprobandum. Obiectum cuiusque, rei est omne id, circa quod quaeque res uia agendi & causandi uersatur. Sed uero quadruplicis generis est uis & potentia J. I. sc. Conuictio intellectus angelorum; conf. infr. §. 78. Directio seu normatio angelicarum uirium, actionum & ipsorum adeo angelorum; conf. §. 79. 80. Defensio obiectorum angelorum. conf. §. 81. & declaratio angelicarum actionum habitumque & an-



& angelorum pro Iustis & Deo acceptis, conf. §. 82. 83., E. etiam quadruplex obiectum J. I. nobis ulterius erit perpendendum & probandum.

§. LXX. Primo quidem quod obiectum potentiae conuincendi, quae inest J. I. sit intellectus angelorum, patet inde, quia nulla alia facultas angelis inest, quae fundamenta inferioritatis, J. I. & officiorum recipere, perspicere, nexus expendere, & angelos hac ratione de veritate legum & necessitate obsequii certos reddere ac conuincere potest, praeter solum intellectum. Quod ut fiat, necessitas postulat, quia uoluntas, quae semper & certo iusta eligere, & reliquis potentius exequenda committere debet, conf. supra §§. XLIII. XLIV. informatione eget, cum alias coeca sit potentia, & inclinatione per conuictionem, ne libertas ipsius limites conditionis Deo inferioris transgrediat. Conuincitur ergo intellectus angelorum, per conuincendum J. I. uim, seu charitatem & nexus, & conuincit ac inclinat uoluntatem per nexus representationem. Priori respectu quantum in intellectus conuincitur, idem est obiectum J. I. conuincientis.

§. LXXI. Cum igitur angelii dicto modo conuincantur, quae & quomodo ab ipsis sint agenda, quae contra & quatenus sint omitenda, & mediantibus argumentis & fundamentis officiorum mouentur, & ad morem gerendum inclinentur, sequitur, quod J. I. Angelos in agendo dirigat, & actiones angelorum, tam internas, sc. cogitationes, appetitiones & auersationes, quam externas omnes normet. Et id quidem non coactio physica, sed morali, quae est excitatio & commotio ad legibus conformiter agendum. Consequenter uirtus J. I. angelos in agendo dirigentis & aque ac actiones eorundem normantis, quae J. I. formaliter, seu ex formae qualitate & conditio-
ne competit, obiectum directum & immediatum sunt intellectus, qui dirigitur in assentiendo & cogitando, & uoluntas, quae regitur & normatur in appetendo & auerando; mediatus uero & indirectum J. I. normantis obiectum sunt partim uires reliquae, liberae angelorum uoluntati subiectae, tam actiuae, quam passiuae; partim actiones & habitus angelorum; quippe quae a uoluntate gubernata, recta & iusta proueniunt; partim denique angeli ipsi, quibus inhaerent intellectus & uoluntas, quibus mediantibus J. I. gubernando & sibi conformando circa angelos uersatur. Angelicus itaque intellectus, uoluntas

uoluntas & reliquae uires angelorum itemque his mediantibus ipsi
met angeli sunt obiecta J. I. quatenus haec omnia per J. I. leges in
cogitando, uolendo & exsequendo sunt regenda & normanda.

§. LXXII. A uiribus & actionibus angelorum progredior ad ea-
rundem obiecta. Ut uires & actiones normantis, uid. infr. §. 79. & 80.
ita earum obiecta defendantis (uid. infr. §. 81.) *J. I. obiecta sunt.*
Multiplicis generis sunt obiecta J. I. defendantis, quia uires & ac-
tiones angelorum circa multiuaria obiecta uel uersantur, uel saltem
uersari possunt, & id quidem eo modo, ut actiones & effecta ange-
licarum actionum statum ipsorum inferiorem, ad superiorem sc.
Deum, & coinferiores relatum, deceant. Quantae sint uires ac po-
tentiae angelorum, & quod sese erga omnia, non ita multo post
enumeranda obiecta extendant, paucis inferius, *de fundamentis J. I.*
ex parte angelorum interpretandum uenit; fuisus autem & ex pro-
fesso in ueritatem horum assertorum Angelographicci Pneumaticique
Auctores passim inquirunt, ad quos Beneuolum Lectorem hic gene-
ratim & dicto loco specialius remittemus, quo exinde certior euadat,
angelicis uiribus haec omnia esse exposita aut subiecta. Conf Dan.
CLASENIUS Th. N. Lib. II. Cap. XIV.-XXVI. p. 60. seqq. RUDRAUFF.
Decis. Met. P. II. Cap. III. Membr. IV. p. 906.-965, DONATI Pneu.
mat. P. II. Sect. II. Cap. IV. & V. p. 435.-480.

§. LXXIII. Priusquam obiecta recenseri commode queant,
utilitas suader, generatim formale obiectorum angelicorum et J. I.
defendantis exponere, quo fundamentum pateat, cur actiones erga
quaevius obiecta angelica iustae appellari mereantur. *Formale gene-
ratim est modus considerandi ab aliis specificie diuersus, obiectum
cognoscibile certae eidam disciplinae mancipans.* conf. MEIERI habi-
tus primor. Principior. seu Intelligentiae P. II. Cap. V. Theoreni,
8. 10. II. p. 144. seqq. Eiusd. Gnostologia Part. I. Cap. VI. Sect. III.
Probl. 2. 3. p. 272. seqq. Formale speciatim obiectorum angelico-
rum est exponendum, ut pateat, qua ratione Deus, homines, & re-
liqua obiecta angelica, quae alienis respectibus in J. I. non sunt
contemplanda sint considerationis J. I. Angelicorum *formale obie-
ctorum, & J. I. (haec obiecta per leges, angelorum liberas uires nor-
mando determinantes) defendantis, est species ualoris moralis, seu
aptitudo & potentia, obiectis per naturam & statum, specifica, com-
petens, angelorum erga se actiones ita recipiendi, ut moraliter bona
iustaeque sint & uires angelicae angelique inde insontes euadant.* Siqui-
dem


dem obiecta angelorum in ordine ad actiones & uires angelicas habilia aptaque sunt actum aliquem angelicum erga se aut sua, tanquam sibi & statui suo conformem respicere, & consequenter etiam uirium restitutinem requirere. Et etenus considerata haec obiecta, restringuntur ad hanc nostram doctrinam, & sunt consideratio-
nis J.l. Quae omnia promanan ex supradictis §. XLV. *Formale* obiectorum & angelicorum & J.l. defendantis, *praefupponit arque respicit* angelos partim ut Deo inferiores, & ad Diuino beneplacito conformiter agendum obstrictos; partim tanquam potentes, ut obiecta sua decente specificam eorum naturam & statum modo, afficere possint, partim demum tanquam intelligentes & liberos, ut statum suum & obiectorum suorum in relatione ad Deum tanquam com-
munem superiori cognoscere, & eidem conformia libere eligere possint. Angelorum *formale* obiectorum, adstrictis prae-supponen-
dis, consequitur et principiis subsequentibus: partim uel ex uniuersali Dei superioritate, uel etiam ex co-inferioritate sc. reliquorum obiectorum; partim e specifica angelicos actus recipiendi potentia. Angelica enim obiecta eius sunt naturae, ut diuersimode aut coli, aut moraliter aut physice emendari queant. E. obiecta non possunt non apta esse, ad angelicos erga se actus ut statui suo conuenientes, re-
spiciendum. E. aptitudo dicta, quippe quae est *formale* obiectorum & positis principiis, si reliqua respondeant, necessario consequitur.

Inter alia huius *formalis propria* hoc probe obseruandum, quod moralis ille ualor obiectorum, angelicis actionibus bonitatem mo-
ralem conferens, non sit absolutus & actualis: Hoc enim assertum destrueret angelorum libertatem; sed relatiuus respiciens uires de-
pendentes & normabiles; ac potentialis, id est, non quidem per se & semper, uerum conditionate & consecutive, positis & consentienti-
bus cunctis ad causandum requisitis. Breuiter: Valor inest obie-
ctis in relativa potentia.

G.eneralorem formalis considerationem excipit specialior. Ex iis,
quae modo nunc de angelorum obiectorum specificis naturis & statu differimus, & id concludere licet, quod *formale* supra definitum rursus in *subgenera dividere* queamus. Quaevis enim angelorum species obiectorum generice aut specificie diuersas uires habet proprias, angelorum erga se actus recipiendi, & consequenter, ut naturae & statui suo conuenientes respiciendi. *Imo dicta formalis subgenera alterius in species subdividi possent:* Nam quaque angelorum spe-
cies

cies obiectorum, quamvis actuum angelicorum erga se speciem, pro natura & statu suo, tanquam consentaneam, specificie diuersis recipiendi viribus respicit, & apta est, specificie diuersam bonitatem moralem conciliandi. Quae omnia speciatim contemplari & interpretari licet, si tanti referret, & nisi molestum illud crearet laborem, immo nisi specialia illa omnia a quoquis acuto ingenio e concretis subsecurare tractationis abstrahi possent.

§. LXXIV. Pergo ad obiectorum commemorationem, quae sunt partim Deus, conf. §§. XLIIII - XLIX. l. l. LII. LXXXIII. quippe quem angeli cognoscere possunt. Conf. CLASENIVS Th. N. Lib. II. Cap. XVI. No. III. p. 70. sicut & omnes entium creatorum species intelligunt. DONATI Pn. P. II. Se^t. II. Cap. IV. §. 10. II. p. 437. CLASEN. l. c. Cap. XVI. p. 71. seqq. & praeprimis RYDRAVF. l. c. P. II. Cap. III. Thes. IX. p. 916. seqq. nec non circa semetipos. CLASEN. l. c. Cap. XVI. p. 67. DONATI l. c. RYDRAVF. l. c. aequae ac alia omnia uoluntatem determinate DONATI Pn. P. I. Cap. IV. §. 49. p. 39. §. 50. p. 40. CLASEN. Th. N. Lib. II. Cap. XVIII. No. III. p. 87. 88. RYDRAVF. l. c. Thes. XI. §. 8. 9. p. 929. nec non de omnibus cognitis cuius intelligenti loqui. RYDRAVF. l. c. Th. XII. p. 933. CLASEN. l. c. Cap. XXV. p. 117. seqq. ut & mouendi potentiae obiecta sunt omnia in se mobilia particularia. conf. CLASENIVS l. c. Cap. XX. p. 98. RYDRAVF. l. c. Th. XIII. §. 5. p. 940. Vnde eorum potentiae movendi exposita non sunt totum uniuersum, orbes coelestes, & integer globus terraqueus; sed particularia solum. Intellegitur ergo ex dictis, quod praeter Deum & ipsos met angelos, angelorum obiecta sint angeli alii, qui quod erga se invicem agant, uide in DONATI Pn. P. II. Se^t. II. Cap. V. §. 4. & 29. p. 450. & 456. atque Cap. IV. §. II. & 33. p. 437. & 444. item homines tam probi, quam improbi, quos uel ad virtutes excitare, uel corpora eorum varie afficerre queunt; nec non hominibus inferiora, quippe quae moueri & laedi possunt; & tandem animae separatae, quod enim separatae existant animae, in Martini NYMPACHII IV. Dispp. de *Αὐτοδεῖξι* immortalitatis animae euictum lege, quarum Prima Praefide Excellentissimo E. CH. SCHROEDERO, Patrono & studiorum meorum Promotore pie deuenerando defensia est Witreb. 1720. CLASENII Theol. N. Lib. III. Cap. III. p. 193. seqq. RYDRAVF. & SCHENCK. Decif. Metaph. P. II. Cap. IV. Th. I. §. 13-30. p. 970-978. & Statij EHRENBURG. Tractatu de statu animae separatae. Se^t. I. Art. III. p. 21. seqq. itemque in omnibus Philosophis qui animae immortalitatem solide comprobabant; & quod sint obiectum angelorum de eo confer. RYDRAVFFIVM l. c. C. III. Thes. IX. p. 916. & §§. 4-5.



p. 918. Cap. IV. Thes. VIII. §. 6. p. 1000. & Thes. X. p. 1001. Quae omnia tanquam dogmata Pneumatica, meum non est, ut in hac disquisitione Morali probem, sed Pneumaticorum; unde, quoad fieri potuit, demonstrationes, aut probationes eorum allegavi. Cum igitur angelii erga quaevis pro receptuitate eorum libere agere possint, actiones eorum conuenient naturae & statui obiectorum, & hinc J. I. a iusto Deo ipsis inditum, Deum ejusque creaturas, tanquam angelorum obiecta, non poterit non contra angelicas actiones statui suo repugnantes defendere & tueri, actiones tales uertando, & congruas praecipiendo; *E. obiecta haec angelorum omnia erunt quoque suis peculiaribus modis Obiecta J. I. defendantis.*

§. LXXV. Exiguū quidem esset laboris, hic latissime evagari, & circa singula angelorum obiecta speciatim interpretari, qua ratione, quorū modis, contra quō & quales angelicarum actionum species, nec non quatenus angelicorum species obiectorum per J. I. defendantur; sed quorsum haec? Sane quisquis probe intelliget, quae sint angelorum positiva ac negativa officia circa singulas obiectorum species dictas, is eo ipso etiam perspiciet, quo modo & in quantum dicta obiecta per J. I. defendantur. De quibus officiis, quoniam in subsequenti tractatione latius acturus sum, sub generalioribus simul haec ipsa sum explicatur. Haec in praefenti summatis indicasse sufficiat.

§. LXXVI. Tandem quoque declarantis, conf. infr. §. LXXXIII. pro iustis, J. I., obiecta practereunda non sunt. Sunt autem obiecta, quae memorauī, partim morales actiones, partim moralia angelorum opera, partim morales habitus acquisiti, partim angeli ipsi, quatenus causae illorum aut exiterunt aut sunt. Haec, quae dixi, quo evidentiora sint, & accuratius perspiciat, quatenus haec actiones morales & reliqua sint J. I. iudicantis & declarantis obiecta; formale eorum praemittam. Est autem formale obiectorum *J. I. declarantis, seu iudicantis* relatio, propter angelicā libertatis exercitium, partim ad naturam & statum agentium angelorum, & objectorum suorum, a Deo dependentem; partim & praecipue ad J. I. ex illa relatione resultans & consequens, quatenus J. I. ad iustitiam angelorum tale quid aut prohibet aut praecepit. conf. Illustris IOH. BALTHSAR. WERNHERI, Maecenatis mei deuote colendi, Disp. de Actionum Moraliū, quae J. N. Objectum constituant, Materiali & Formali, habita Lips. 1697. Praeterea & illud supponendum, quod J. I. ea omnia generatim iudicer,

cet, & pro iustis declarat, quae obligata sunt ad J. I. morem gerendum, vel libere ab angelis proueniunt, quippe cuius infra rationem reddam §. 82.83. Cum itaque prioris generis sint ipsius angelii, qui libere agunt, h[ab]ent obiecta J. I. iudicantis. De quibus tenendum, quod angelii, quia perfectae debitores sunt obedientiae, non iudicentur seu declarentur pro iustis nisi omnes actiones, habitus, imo & effectus eorum fuerint J. I. conformes, & iuris rigori satisfecerint, quatenus eadem libertatis fonte promanarunt. Conf. CLASENIVS Th. N. Lib. II. Cap. XVIII. No. IV. pag. 89. Posterioris generis quoniam libera angelorum omnia sunt, scilicet actiones, habitus & opera; Haec quoque J. I. iudicantis obiecta erunt, & pro iustis declarabuntur, si qua omnes circumstantias J. I. confirmant. Et hisce obiectis acquisitos praeprimis habitus morales annumerai. Quia enim habitus quoque morales, & magis durabiles actibus sunt, idcirco iudicem J. I. constantius convenient, & consequenter a J. I. pro iustioribus declarabuntur, atque angelicae actiones, quae adeo perenni cum duratione coniunctae non sunt. E. J. I. qua iudicantis, p[ro] caeteris erunt obiecta. Quo ipso commentarii meae de J. I. obiectis, circa quae diuersimoda causandi uis J. I. formalis, occupata est, colophonem imponere libet & licebit.

§. LXXVII. Cum itaque doctrinam de materia J. I. ad finem perduximus, gradum promouebo, & quae in doctrina de forma J. I. difficultatus circumspecta apparent, endure allaborabo. Quae forma, quod quatuor momentis, scilicet intellectus angelici coniunctione, potentiarum directione, seu normatione, ceterorum angelicorum congrua defensione, & factorum declaratione pro rectis, ut & angelorum pro iustis, absoluatur, supra annotatum est §. 54. Quae omnia seorsim ordine ad liquidum deducam.

§. LXXVIII. Quod formae nomine differentia specifica, abstracte concepta, & abstracti verbis expressa, generatio intelligatur, ex Logicis cognitum atque perfectum reor. Et huius generis praefens quoque est forma & omnia eiusdem momenta. Nam quod primam eius partem scilicet angelici coniunctionem intellectus per J. I. spectat, eius simili est ratio, atque J. N. H. Sicut Ius Naturae H. evidenter innititur principiis, & certo ueras continet leges, quae evidencia sua & necessario nexu humanae cum naturae relativo erga Deum & obiecta sua statu, hominum intellectum certum reddunt, humanamque voluntatem mouent, atque ad obtemperandum inclinant; ita & J. I. evidenter constat principiis, & sine dubio ueras, seu Diuinae voluntati & dependenti angelorum natura certo conformatas complectuntur leges. Quae omnia si forte imperfectiori hominum rationi fatis evidenter atque clara non sunt, sunt tamen multo perfectiori angelico intellectui longe evidenter. De huius perfectione conf. CLASENIVS Th. N. Lib. II. Cap. III. No. I. p. 15. Nam cum angelii sint perfectius intelligentes hominibus, propriam naturam uiresque & dependentiam, nec non Deum atque obiecta ea, quae Dei sunt peculiaria, & ergo quae ipsimet agunt, ex aliis intelligunt atque homines; E. etiam J. I. fundamenta haec evidenter perspiciunt; E. quoque inde necessario consequentia officia; E. J. I. quodex officiorum praeceptis compositum est, ueritate agnoscunt; E. J. I. tanquam praedicum, conuincibilem angelorum intellectum non de ueritate tantum, sed etiam de obsequiis necessitate certum facit. Et cum nullum aliud Ius angelorum intellectum de angelicis officiis naturaliter conuincat, haec uis est J. I. formalis

¶ ad formam eiusdem pertinet. Haec uero uis & facultas conuincendi non modo J. I. generatim competit, sed etiam quaeilibet ciusdem lex propriam suam & peculiarem uim conuincentem habet. Quoduis enim J. I. praecipuum sequitur necessario nexus ex euidenter ab angelis cognita peculari potestia cuiusdam, uel aliquot uirium erga certam obiectorum speciem relatione. Et quidem generalis totius J. I. & specialis seu particularis cuiuslibet legis uis angelorum intellectum conuincendi, de quibus sententiam protuli, est originalis, in relatione ad mediatis uoluntatis conuictionem, ut assentiantur, & in ueritate J. I. & legum, nec non necessitate obsequundi acquiescat. Postquam enim angelorum intellectus dicta per fundamenta in rebus obiectis animaduersa, conuictus est, certiore quoque reddit uoluntatem, & mouet eandem ad assentendum, dicta fundamenta & principia uoluntati reprezentando, communicando & offrendo.

¶ LXXXIX. Cum igitur angelicus intellectus de J. I. ueritate pariter atque obsequio eidem praefandi necessitate conditionata certior euaserit, uoluntas angelii, semetipsum amantis, ad angelicas naturas & conditiones congrua naturaliter inclinans, non potest non per dictam legis conuictionem stimulos ad obsecundandum, & obsequium specialitatem singulis legibus praestandum, qualicunque modo & gradu perficiere. Quia uero angelica uoluntas per J. I. gubernatur & regitur, atque uoluntati reliquias uires & potentiae angelorum naturaliter subiectae sint, recta uoluntate, dirigitur eriam & normantur caeterae angelorum uires, mediante uoluntate: Ita quidem ut hac in parte parum referat, sue actiuas sue passiuas angelorum furent potenciae.

¶ LXXX. Imo tandem, quales erunt uires, tales erunt actiones, intermissiones, passiones & contra. Quoniam itaque subiectae uoluntati uires, mediante angelorum libera uoluntate a J. I. gubernantur, actiones & reliqua uirium exercitia quoque per J. I. directa & normata a uiribus & potentiis angelorum prouenient. Haec autem uis J. I. directiva non cogit angelos ad obsequendum, quia uoluntas libertate sua gaudet, imo maiori, quam hominum uoluntas. CLASENIVS Th. N. Lib. II. Cap. XVIII. No. 4. p. 89. sed inclinat tantummodo, mouet, excitat & urget, fundamenta proponendo, atque rationes euidentes ac sufficientissimas ad conuincedendum & mouendum, seu persuadendum ostendendo, ut angelii J. I. eiusque legibus obsecundent. Ex quibus omnibus hoc demum concludo: Quia ictum J. I. angelos naturaliter dirigit, & in agendo, eo, quo dixi modo, determinat; E. hacc directio que pertinet ad J. I. formam.

¶ LXXXI. De tertio quoque formae momento, angelicorum sc. obiectorum defensione, dispiciendum est. J. I. interdicti iniuriis omnibus angelorum erga subiecta sua, imo praecipit etiam quorundam custodiā conditionate, quae infra probanda erunt; E. J. I. stante priori, immediate defendit, & posteriori posito, quedam mediate custodit ac tuerit angelorum obiecta. Sed uero dicta defensio non est uiolenta, sed legalis, id est, talis, quae argumentis & minis efficitur. Nec etiam quoduis obiectum per quamvis legem defenditur, sed queuis obiectorum species per leges, peculariter seū respicientes. Et haec uis defensiva, quoniam nulli iuri naturaliter competit, praeterquam soli J. I. hinc ad formam J. I. merito refertur.

¶ LXXXII.

§. LXXXII. Tandem quarta formae pars absoluenda scil: Quod J. I. generaliter iudicet. conf. §. 83. quam thesin hoc modo fufculcimus; J. I. quaelibet lex statuit, & a quo & quomodo, & quid agendum sit, imperat, & quae omittenda prohibet, quo facientes, actiones & opera iusta euadant. E. simul generaliter indicat, quale J. I. subiectum agens, quales actiones, qualiaque opera sibi conuenient, seu iusta sint; qualiaque contra sibi repugnant, seu iniusta sint; E. hoc modo generaliter iudicat, seu declarat, pro uel iustis vel iniustis. Quod praeter alia, quia solum J. I. naturaliter praestare ualeat, idem cum aliis J. I. formam constituit. Sed uero declaratiua haec uis J. I. non quaevis opera & quasuis actiones pro obiecto habet; uerum angelicas tantum; nec etiam angelos quouis modo & respectu, sed solum quatenus libere agunt. Nam antequam actiones & opera existunt, eadem tantisper in nonentium seriem sunt referenda: de quibus, quia nulum ualeat praedicatum, etiam inter eadem & J. I. per se nulla exigit relatio.

§. LXXXIII. Diiudicatio & declaratio, quam memorauit, a J. I. non fit eo modo, quo a iudice, sed est obiectiva, id est; J. I. est tale, & quo angelii cognoscere possunt, omnes angelos esse iniustos, quorum actiones & opera secundum J. I. normam non sunt peracta, & subsumendo certo & evidenter concludere, aut quod ipsimet iussi sint, aut quod iniustitiae macula notentur. Prior generalis propositio actu in J. I. continetur; posterior applicativa declaratio virtualiter seu implicite in priori latet. Haec igitur J. I. diiudicatio in se est tantum generalis, & sine applicatione, ita ut axiomi eiusmodi includi queat: Quicunque angelius e. g. Deum uiribus non omnibus, aut nullis colit, iniulus est. In Iudice uero & angelis etiam specialis & applicativa. Siquidem iudicis est generalia eiusmodi axioma singularibus actionibus & operibus cuiuslibet angelii applicare, speciemque facti diiudicare, quatenus J. I. conueniat, & sententiam ferre; quae omnia J. I. nequit. In angelio uero, qui conscientia & intellectu predicitur sunt, J. I. euadit speciale & applicativum, quoties angelii sub generali quodam axiome de se aliisque angelis, eorumque actionibus & operibus subsumuntur. Et haec ipsa sunt fundamenta & tranquillitatis conscientiae in obsequentiis, a poena qualibet tutis, & conscientiae cruciatum in repugnantiis, poenam eiusque aeternitatem praecognoscitibus: De quibus exactius in subsecutura tractatione.

§. LXXXIV. Consuetu[m] methodus mihi, absoluta forma, fines in memoriam reuocat. Quos rum attenti contemplandi animum subiicit cupidus duplex finium species se[le] meditanti offert: Alii enim fines sunt doctrinae, alii contra rei ipsius, quam doctrina comprehendit. Primum quidem doctrinae fines examinare & dilucidare luet. Posset quidem manifestatio quoque Diuinae maiestatis, seu potentiae sapientiae gloriaeque & honoris pro scopo huius disquisitionis agnoscit: Nam qui tot potentissimorum spirituum vires legibus continere potest, is sane potentissimus sit, oportet. Qui praeter systema mundanum & genus humanum etiam tot potentissimorum & perspicacissimorum spirituum resplicas simul sapientissime gubernat, nonne idem sapientissimus est? Cui tot perfectissimae creature, praeeditaque robore summo, & libertate, humilime interueniunt; nonne eius gloria sit maxima, honor summus? Sed mis-

fos

fos facio hoc fines, cum ad confirmationem earundem thesum multo simiora & evidentera praesto sint argumenta, de quibus auctores Theol. N.

§. LXXXV. Principales doctrinae fines tres potissimum sunt. *Primus cognitio sc. ipsius doctrinae directe intenditur.* Digna enim omnia est sequens doctrina, cui labor impendatur. Non enim modo quaeque veritas propriam suam qualemque habet dignitatem & fructum, licet non omnibus cognitum atque apertum; sed speciatim Christianos decet Philosophos, angelorum statum & officia perscrutari, quibus, quod olim similes sunt futuri, ex sacris monumentis compertum habent. Imo Christianorum neminem dubitatum, confido, doctrinam hanc dignam esse nostra disquisitione, sua ipsius uero meditatione, cum ipse Sp. S. permulta angelorum officia per sanctos Dei uiros reuelare non dubitauerit. Sed Sacris monumentis inferi curabit; qui sane nec frustrane nec indignum labore sustinere potuit. Reliqui fines indirecte intenduntur, quorum ordine alter est: *Excitatio ad studium uirtutum & reverentiae, angelis exhibendae.* Nam illos angelos, qui tot diuersissimum officiorum quorū & natura & statu angelorum infra deducam, sunt obseruantissimi, multo hominibus sanctiores esse, necesse est. Hi cum nos homines a callidissimis caco- daemonum insultibus & infidiis, quae humanis uiribus ineuitabiles sunt, tueantur, uerendi sane sunt, ne uitii abigantur, & tutela eorum fru- stretur. Deinde si praestantissimum angelorum inter creaturas uenerationem Dei deuotissimam, & misericordum hominum neglectum diuini cultus inter se conferamus, erubescemus, quippe quibus humilias magis conuenit, quique eadem maxime indigi fumus. Contra si Deus diabolis perfectissimis qua essentiam creaturis ob iniustiam non pepercit, multo minus hominibus, longe inferioribus, connivebit. Non ergo peccanti- bus gratiam, & quod Deus adeo nobiles creaturas suas non sit perditus, sperare licet. Item, quia angeli boni Dei ministri, sanctique sunt, cauenda uita, ne eadem & ipsi diuinam contra nos iram excident, nosque Deo inuisos reddant. Et in summa, uix illa particula est J. I quae humano generi nullos ad uirtutum culturam addat stimulos, quae omnia licet accutiori probatione indigerent, tamen eadem speciatim & per singula ostendere & confirmare nimis foret prolixum; Imo probationes non necessarias iudico, quia fundamenta eorundem insubsequentibus exponenda restant. Conf. Excellentissimi HASSENII Prudentia Moral. Uni- vers. P. II. eiusque Part. Principal. Sect. I. Memb. II. p. m. 247. seqq. qui multa hic facientia erudit & copiose pertractat. Tertius Finis est *illa- stratio fundamentorum & primi principii, nec non doctrinarum in Jure Natu- rae hominum.* Quisque quod indirecte scaturiat e subsecutura doctrina, ita pre- spici potest. Fundamenta ardua huius doctrinae sollicite perscrutanda sunt, & qua methodo inde primum principium promanet, & quale, cla- re ostendendum. Propinquia etiam inter J. I. & J. N. hominum inter- cedit cognatio, & multiplex similitudo. Stantibus ergo his assertis, & du- rante de primo J. N. humani principio controversia, Jus N. hominum per J. I. illustrabitur, & aliquatenus accipiet lucem.

§. LXXXVI. Quod ad alteram finium speciem, scilicet quam ipsa res inferius pertractanda agnoscit, attinet, eadem coincidit cum J. I. effectibus & consequentibus. Eodem igitur labore & haec & illos explanabo. Tantum de doctrinac ipsius

F I N E.

WITTENBERG, Diss., 1733

ULB Halle
002 408 449

3



Sb 20

Wittenberg Diss. 1733



D. B. V.
DE
NATVRAE
V POTIVS
ANGELORVM
OC EST
DE
ANGELORVM
VM INGENIO
LTANTIBVS
TATIO TERTIA
QVAM
RAESES
OB FRIEDEMANN
FERVNG
RESPONDENS
IC. WOLLWEBER
ONTANO-THVRINGVS
HORIS POMERIDIANIS CONSVETIS
DCCXXXIII.
ORIO PHILOSOPHICO
RVM EXAMINI SVBMITTENT.
TEMBERGAE
NA EICHSFELDIANA